



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

XXIX. Ablutio calicis mutata in sanguinem.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

tione dignum esse perpenditur , quod eadem hora calix in certa custodia clausus habebatur , nec minus tamen prædictæ collisionis materiale signum exceptit.

C A P V T X X I X .

Ablutio Calicis mutata in sanguinem.

Mersburgum.

*Nota morem
sancti Impera-
toris; sumendi
ex calice, in
quo sacrificia-
tum fuerat ab-
lationem. Sic
Grati sanctifi-
cationis loco
panem, ex quo
materia pro
sacrificio de-
sumpta est,
manducant.*

*Vinum ablu-
do sacro calici
infusum, mu-
tatum in san-
guinem.*

E codem verò calice , quid religiosorum viro- rum relatione in veritate audierimus,futurorum memoriis intimare opera precium dignum du- ximus. Cùm enim prædictus Christi Confessor HEINRICVS, pro disponendis Regni negotiis Marsipolim venisset, accidit, vt quadam die ad altare S. Laurentij attentissimè Missam audiret. Qua completa, sicut semper facere consueverat, ablutionem calicis sumere volebat, sed interueniente magno negotio regni , quod vir sanctus proposuit, tūc tem- poris fieri non potuit. Vocato itaq; custode Ecclesiæ, rogauit eum , vt calicem cum ablutione in mundo loco reponeret, & cum omni diligentia seruaret : quoadusq; ipse exoccupatus aptum tempus & locum ad sumendam illam inueniret. Ex- crescentibus autem causis & placitis, tota die illa turbatus non potuit se expedire. Postera verò die, post matutinas cum pau- ciis secretariis suis, clanculò monasterium introiuit, & diutius flexis genibus, & profusis lacrymis D E M exorauit, accersi- toque custode calicem cum ablutione sibi afferri præcepit. Cumq; allatus fuisset, & discoopertus, inuenierūt ablutionem illam in formam veri sanguinis transmutatam. Quod factum mirabile mox vniuersis, qui aderant, innotuit, & nunc, & sem- per in laudem D E I, & gloriam Confessoris sui omnis Ecclesia successoribus suis enarrabit.

C A P V T X X X .

Parænæsis & Epilogus.

Matth. 6.

Iscite ergò diuites huius seculi facere vobis amicos de mammona iniquitatis, vt cum defeceritis, ipsi vos in ater- na recipient tabernacula.

Huius